Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25999
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Qui abscondit me in tabernaculo suo in die malorum. protexit me in abscondito tabernaculi sui. Et in cantico. Ego dormio. et cor meum uigilat. Hempe quia sic abscondit dominus dormit. sup omnem regum glam glorificatus est. cum dicere possit. nra autem conuersatio in celis est. Cantabo dilecto meo cantico patruelis mei. uineae suae. Vinea facta est dilecto meo. in cornu filio olei. et sepsit eam. Et cetera. Canticum hoc sedet prophetis initium est. Quod in initio dixerunt. filios enutrui. et exaltauit ipsi autem spreuerunt me. hoc istud canticum in parabola uineae latius ostendit. Sit autem pro contrario canticum. nam uerecundiae est de qua in initio dictum est. ve genti peccatrici. Cantabo inquit dilecto meo id est pro uerecundia dilecto animae meae. Quis enim nesciat. quia tua anima o amator optime desiderabile rpm diligit. et diligit. Hempe canticum sui uel ad opus suum canticum esse testatur. cum ex eo sumpta parabola principibus sacerdotum et pharisei dicit. Homo erat paterfamilias. qui plantauit uineam. et sepem circumdedit et fodit in ea torcular. et edificauit turrim. et locauit eam agricolis. Et cetera. Canticum hoc quoque sic uel distincte insinuat dicendo. patruelis mei uineae suae. Quis enim patruelis prophetae erunt. nisi agricolae iam dicti. id est ordo leuticus et sacerdotalis. Beniq; cum ipse prophetae de tribu iuda erunt. patruus eis quodammodo fuit leui. patruelis autem eius eunuchus ordo filiorum leui. id est tam leuticus quam sacerdotalis. Porro uinea dilecti populis erunt. Igitur cantabo dilecto canticum patruelis mei. uineae suae. id est ploquar. a pro quod annuncia agricolis uineae suae. seilicet sacerdotibus et populo suo carmen lamentabile. Vinea facta est dilecto meo. Quae nam ista uinea sit. ipse cantor aperit in fine clausionis. Vinea enim inquit domini exercituum domus israel. Haec dilecto facta est ad quisinone non auri neque argenti sed multorum mirabilium quae fecit in terra egypti. unde et scriptum est. uineam de egypto transtulisti. Facta est autem in cornu. id est in ea de potentia qua illum transtulit. quemadmodum balaam eum de eodem populo dixisse. dicens adduxit eum de egypto cornuo sub uniri. Cuius fortitudo similis est rinocerotis. Haec facta est ut iam dixi dilecto meo filio olei. id est filio christi dei. Nam idcirco illi facta est. ut preparata sit ille ad uenienti possidere. et pluuium sanguinem sacrificare. quod et fecit. Omnis enim pluuium sanguinem de inferno eduxit. quoque pars uinea bona est. Sed et de radice eius apostolorum sumpsit. de quibus uel pro quos tot mundus bonis uirtutibus impletus est. siue filio olei id est in loco pingui. quia reuera nichil pinguius terra reperitur. Et sepsit eam. id est angelorum presidio sepsit eam. Et lapides elegit ex ea. id est idola uel quicquid dii cultui impedire poterat diligenti cura prepe reiecit a bea. Et plantauit eam electam. id est optimam in fide electorum abraham ysaac et iacob bene